

FRANCISCUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei

Venerabili Fratri **Salvatori Giménez Valls**, hactenus Episcopo Minoricensi ad Sedem Ilerdensem translato, salutem et Apostolicam Benedictionem. Minime negligit Petri Successor, pergravi ministerio pro universali Catholica Ecclesia fungens, Sedi cuique Cathedrali providere idoneum Praesulem qui gregem Domini tibi concreditum redula caritate pascatur. Cum igitur dioecesis Ilerdensis ob renuntiationem postremi sacrorum Antistitis sui, Venerabilis Fratris Joannis Piris Frigola, ad praesens careat Pastore, mentem Nostram conventimus ad memoratam Ecclesiam aestimantes te, Venerabilis Fratrem, ecclesialium rerum peritum atque animi dotibus imbutum, aptum ad magna cum utilitate id genus onus explendum. Quapropter, audita sententia Congregationis pro Episcopis, Apostolica Nostra summa potestate usi, te, vinculo Sedis Minoricensis solutum, nominamus ac instituimus Episcopum **Ilerdensem**, dato nempe regimine omnique administratione cum iuris debitis. Praeterea cures oportet ut has Litteras Nostrae clero populoque tuae dioecesis perlegantur, ut in omnium notitiam veniant. Quos dilectos filios, hac oblata opportunitate, hortamur ut te benevole colant tamquam eorum patrem rerumque divinarum magistrum, tuisque libentes pareant mandatis, quae danda tibi vidum fuerit. Ceterum, Venerabilis Frater, cum dioecesim Ilerdensem, Nobis sane dilectam, Beatissima Virgine Maria necnon divo Anastasio omnibusque eiusdem Ecclesiae caelitibus auxiliantibus, prudentia ac sapientia reges, non dubitamus quin, Dominus sit semper tecum mansurus (cf. Lc 24, 28). Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecesimo mensis Julii, anno Domini bis millesimo quinto decimo, Pontificatus Nostrae tertio.

Franciscus

Franciscus M. Felice, Prot. Apert.

